Quelle: http://manuscripta.at/?ID=499
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mons aut in qua elegit altitudine designat iusticie / in qua erant instituendi /
et quam erant hominibus predicatores / Sequitur et venerunt ad eum et fe / ut es 12 scilicet
qui principaliter erant sui discipuli / ad hoc scilicet / ut mitt e predi / dixi aut
principaliter / quia dominus non solum misit 12 apostolos ad predicandum / sed ut habetur luc
10o misit 12 discipulos / illi aut fuerunt principales eius discipuli / et
maior potestas est eis collata de xpo / ideo marcus hic solum facit mencionem
de ipsis // Sequitur / Et dedit illis potestatem cum infra et ei de / Beda ut scilicet
promissorum celestium magnitudini / attestaretur magnitudo sanctorum / et noua faceret
qui noua predicarent / cum enim doctrina non sit efficax / nisi fuerit probata / ex quo
misit eos ad docendum / debuit eis dare gratiam miraculorum / quia aliter non
potest probari veritas huius doctrine / cum excedat facultates intellectus humanam
propter quod dicitur infra ultimo / ipsi vero profecti predicauerunt domino cooperante /
et confirmante sermonem sequentibus signis // Si aut queratur quare predicatores modum
talia signa non faciunt / respondet gregorius quod cum fides katholica / sit sufficienter
probata per miracula xpi / et apostolorum / non oportet ulterius hanc probacionem reiterare /
sicut ecclesia arbusta cum primo plantantur frequenter irrigantur / cum aut iterum
radicem fixerint / talia subtrahuntur / vnde ipsum ad consolacionem fidelium imposuit
temporibus / multa miracula fecit ut patet de tempore martyrum et confessoris / subdit
aut aut apostolorum nomina ut propter falsos apostolos euitandos fiant noti / et
veri / dicens et imposuit symon non petrus / dicit augustinus nullus putet nunc
accepisse symonem non / ut petrus vocaretur ne sit contrarium iohanni / qui longe
ante / dictum illi esse commemorat / tu vocaberis cephas / quod interpretatur petrus
Jo primo / Marcus aut hoc recapitulando commemorauit / cum enim vellet
nomina 12 apostolorum annuare / et necesse haberet petrum dicere / breuiter insinuare
voluit quod non hoc anna vocaretur / sed hoc ei dominus non imposuit / ante
enim vocabatur symon / post vocacionem aut petrus / ex quo inoleuit consuetudo / quod quando aliquis creatur in papam nomen eius mutatur // Sed notandum
quod primo nominatur symon non quod fuerit primus discipulus xpi / sed quia fuit
auctoritate dignior et ceteris prior / quia tamquam principali apostolo / xpus commisit sibi ecclesiam regendam / ut patet Jo ultimo / Andreas aut frater eius
fuit primus xpi discipulus ordine temporis / ut patet Jo primo / sequitur et Jacobus
zebedei / et Jo frater Ja repete / vocauit ad se ascendens in montem / sequitur
et tempore e no bo quod e fi to / sic enim 2m Crisostomum vocati sunt a xpo quia in
transfiguracione xpi audierunt vnum dei patris dicentes de xpo / hic est
filius meus dilectus / quod quidam vnum vocatur tonitruum / 2m illum modum loquendi

De mutacione nominum